iubet et in monasterium[a] mitti; alii, ut digni erant, morte plectuntur.
†IV, 25. †Carolus dirigit filios suos reges[b] Pippinum et Hludowicum[c] Benebento[d. e] cum exercitu, factaque est famis valida super populum terrae et super exercitum, ita ut[f] nec in ipsa quadragesima carne abstinerent[g]. Per idem tempus synodus congregatur Franconufurt[h].

†IV, 26. †Carlus in Saxoniam pergens Saxones obtinuit, educens inde Saxones tertium hominem et in Franciam collocat. Alcuinus[i] cognomento Albinus[k] diaconus et abba monasterii sancti Martini sanctitate ac doctrina clarus habetur.

Adrianus papa obiit, cui[l] succedit[m] Leo 99[n].

†IV, 27. †Hunorum legatio ad regem veniens[o] thesauros[p] adducunt[q] secum[r], quos rex optimatibus suis tribuens[s] legatos abire permittit.
†IV, 28. †Pippinus rex Italiae[t] Pannoniam pergit.
†IV, 29. †Carlus in Saxoniam Francos collocat, Saxones inde educens[u] cum uxoribus et liberis, id est tertium hominem.
†IV, 30. †Carlus iterum in Saxoniam[v].

†IV, 31. †Per idem tempus Romani tyrannidem moliuntur[w], Leonem papam de pontificatu deiciunt[x], oculos eruere[y] moliuntur, linguam abscidunt, in custodiam retrudunt.

Unde per Albinum cubicularium[z] noctu[a] per murum in fune[b] deponitur[c], ad Winigisum ducem Spolitanum, qui circa urbem cum exercitu consederat[d], pervenit; qui curam adhibuit ei[e] et in[f] Saxoniam ad regem direxit[g], a quo honorifice susceptus

In sede apostolica per legatos suos Leo papa restituitur; Romanos[h] autem[i], qui hanc tyrannidem exercuerunt, in exilium mittit.
†IV, 32. †Carlus Romam pergit.

---

a) In 2 'Prumia' übergeschrieben, kaum von der gleichen Hand, wie Pertz angibt. b) So 2. 3. 4. 5. 6. 7. c) 'Hlodowigum' 3. d) 'in Ben.' 1. e) 'Benemento' 2; 'Benevento' 5. 7. f) Fehlt 4. g) So 2. 3. 4. 5. 6. 7. h) 'Franconufurth' 3; 'Franconofurt' 4; 'Franconofurth' 5. 7. i) 'Alchuuinus' 4. k) 'Albuinus' 3. l) Fehlt 4. m) 'successit' 2. 5. 7. n) '99.' corr. '98.' 2; '98.' corr. (?) '99.' 3; '99.' 4. 6; 'an̄n. 99.' 5. 7. o) 'venit' 5. 7. p) 'theauros' 5; 'thesaurus' corr. 'thesauras' (?) 6. q) 'adducens secum' 2. r) 'secum' fehlt 1. s) 'distribuit' 1. t) 'Italiam' 7. u) 'adducens' 2; 'educes' 3. v) 'K. it. in S. pergit' 1; 'C. in S. it.' 4; 'C. it. abit in S.' 5; 'C. it. abiit in S.' 7. w) 't. m.' fehlt 1. x) 'eiciunt' 1; 'eiciunt' corr. 'deiciunt' 2. y) 'evertere' 2. z) 'cubicularium suum' 5. 7. a) 'nocte' 6. b) 'funde' 1; 'fine' 7. c) 'ponitur' 6. d) 'sederat' 5. 7. e) 'ei adhibuit' 1. f) 'in' fehlt 4. g) 'dirigit' 1. h) 'Romanus' 6. i) 'in sedem apostolicam Leonem restituit, Romanos qui hanc tyrannidem exercuerunt in exilium mittit' 1.